Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

dum appropinquaue runt anni cogno sceris dum adue
nerit tempus o sten deris. V. In eo
dum conturba ta fue rit anima mea in ira misericordi e
me mor e ris. V. Deus
a libano ve niet et sanctus de monte umbroso
et condenso. V. Operuit ce
los maiestas eius et laudis e ius ple na est ter
ra. Tunc pbr stans in dextro cornu
altaris dicat. Oremus. Diaconus. Flectamus genua. Levate.
Deus a quo et iudas reatus sui ut sup in cena dni. Sequitur
lectio secunda sine titulo. In diebus illis. Dixit dns ad moy
sen et aaron in terra egipti. Mensis iste vobis principium
mensium. primus erit in diebus anni. Loquimini ad univer
sum cetum filiorum isrl. et dicite eis. Decima die mensis
huius tollat unusquisque agnum. per familias et domos suas.
Sin autem minor est numerus. ut sufficere possit ad vescen
dum agnum. assumat vicinum suum qui coniunctus est domui
sue. iuxta numerum animarum que sufficere possint. ad esum ag
ni. Erit autem agnus absque macula. masculus anniculus. Iuxta
quem ritum tolletis et hedum. et servabitis eum usque ad quar
tam decimam diem mensis huius. immolabitque eum universa mul
titudo filiorum isrl ad vesperum. Et sument de sanguine ac po
nent super utrumque postem. et in superliminaribus domorum in quibus
comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni. et
azimos panes. cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo
crudum quid. nec coctum aqua. sed assum tantum igni. Caput
cum pedibus eius. et intestinis vorabitis. et os eius non commi